

tyrannus, quis hoc potest credere, optandum filia fuisse, ne finiretur tyrannis, ne rediret pater. Si interrogauero patrem, quod grauissimum in tyranide fuerit scelus, si fanus est, respondebit, quod dominam serui collocata sunt. FVL VII SPARSI. Eligitur maritus quem fanus pater doalem dedisset, gener tuus ipsi nuptiis crucem meruit. Egregium generum, quo nihil est gloriosius, quam quod inter cruciariorum non est. Grauissima quoque ipsi seruo facta est iniuria, dominam suam non licuit illi seruare virginem. BLANDI. Fecebat etiam seruo iniuriam cum detraxit abstinentiam gloriam, nuptiis suis matumissus est. O matrimonio omni adulterio turpis. VLII BASSI. Liberata Repub. quod me tristis uideris, nolite mirari, nobis etiam nunc uirum tyrannus. Virginitatem quam sub tyranno seruauerit, perdidit sub patre. Dic furcifer cui sororem meam virginem seruasti: dicit si placet mihi: Non uitiauit, inquit, cu[m] liceret illi. Ita ne dignus est nuptiis, quia indignus est cruce: ex cella sua domina migravit in cubiculum, uel domina ex cubiculo sua migravit in cellam. CORNELII HISPANI. Melioris conditionis sunt uiciatae quam uirgo, illi tamen mutare nuptias contigit, quare tyrannicida premium accepisti, etiam nunc aliquis ex edicto tyranni nupta est, qui edictum tyranni fugerat, redditum cum edicto, dementia hoc patris factum est, ut tyrannum accusare posset, quod ille, inquit, filiam mea alteri seruauit, nunc maritus est, qui sub tyranico quorū nihil aliud potuit. Raptor esse, is qui dotalis destinatus erat, custos relictus est, propositum est edictum, quod ne ferimus, fugimus, nihil per totū publica seruitutis spaciū indignus uisum est, nihil dijs hominibusq[ue] ferendum, itaq[ue] tyrannus post hoc occisus est, deponsa est puella, omnia ex edicto tyranni facta sunt. ALBVII SYLLI. Egregius gener cuius haec una gloria, q[uod] comparatus cruciariorum frugalior est, melius seruo custodiuit dominam quam pater filiam suam collocauit, quemadmodum iratus tyranus alienos inimici tibi nepotes precatuerunt, cum fanus pater fuit, ne has uideret nuptias, fugit, parum putatis magnum argumentum dementiae quod egit tyrannum in mortem, patres in exilium, seruos in crucem, quomodo qui sic fugis, sic collocas, honestius exules q[uod] locer. Si uoles inuenire generi tuo propinquos, ad crucem eundem est. ARELLII VFSCI PATRIS. Ex seruo gener & ex domina uxor, ex drio sacer est factus, quis has nuptias tyranī putet? quē tyranī criminib[us] accuso, tyranū patris, quid de tyra[n]o queror? patris sili est. Quid de patre nō querar? tyra[n]o sili est. Miserrima soror sub tyra[n]o patre defyderabas, id in filia tua coegisti, qd tyranus tantu[m] p[ro]misiterat. Nunc nobis pater si fanus es, excludens est, q[uod] enim liberius accidere potest, q[uod] si status in libertate, quē careris iuxta ferunt in seruitute? fugimus ne serui remus, felicitatem nostram in calamitate conuertit, aliquādo enim fugit. Satius cum ceteris contumeliam ferre, quā liberatis omnibus solos in tyrannidem rei[ci]ti, seruo libertatem dedit, filia seruifit, seruo filium dedit, innocentia abstulit. Necio quid sibi uelit, quod serui meritum laudat: tyranū enim laudare debebat. Seruus noster stultus, tergum, & caput suis delitios praeferit, si dixisset, timuisse tantum, laudabo, & hanc illi etiam nunc optabo mentem, cetera honestos inuenierunt seruos, hæc talem habet, quales ille in tyrannide habuerunt. Soror mea ancillula pellex est, sed ut domina nuberet, conseruula de cellula exacta est. Nullum in tyranico maius scelus fuit, q[uod] tibi libuit imitari. O te soror misera, quid non sub tyranico passa es, iam enim pati deflesse. Hoc tu putas primum esse, quia dominam non uolauit, uolenter quantum uoleat. Iste uero ut dicas iniuriam tibi fecit, quia affinitatem quam moratus est, si non cessas etiam fortasse ex illo nepotes haberemus, habebimus generū si postulamus patri simile, sin minus nō erubescendū, cui cognatus sit, aliquid, cui sacra aliqua & penetralia, in qua descendatur uxor, quem adiungamus ad dominū, non quem extensem doleamus. PORTI LATRONIS. Qui omnia tuleramus, hos fugimus, uocat seruum, & quia crucem nostri meruerat mereri iubet. Ita ne furcifer tu potuisti dominā complecti? putasti autem te per tyranum uictum, aut semper futurum patrem felicissimi uidebuntur quibus cōtingerit raptus tyranus, ita sine dubio beneficium dedit, qui custodiuit dominā a stupro, se a cruce, cum infelice faciat doalem suum noua nupta deduceretur, siqua fides est exhorru, quasi repositum esset edictum, cogitabam quem sorori uirum eligerem, simpliciter fatebor, fastidiebam eas cōditiones quæ ante profectionem fuerant, aiebam, illo tempore

tempore ne alia virgines erant. Non uitiauit, inquit, sub tyranide, o nos felices, sine nūc quidem. TRIARIIVS, age, hoc non est, primum unum spectare omnium cruces, certum habeo si habuisset tyranus filiam, nō scripsisset edictum, indicit festum diem, aperte iubet maiorum imagines cum maxime tegenda sunt. VARIUS GEMINI. Eadē hora & libertum fecit generum, hoc fecit quod tyranus nō cogit, nisi cum irascitur, seruos ne tunc quidem fecit cum cogitur, generum habes, qualem: ut illi laudationem suā redam, nempe frugi seruum, seruis tuis paritura fratres, quantum ad expositionem rerum pertinet. Sunt quidem acerba tyrannidis mala, tamen tristiora exponam, quæ post tyranidem gesta sunt, non dubitabam quin esset tyrannicida nuptura. Si sub tyranico uita est, haberemus, hoc non tibi uni accidit, nondum tyranum occisum puto, etiam nunc tyranicas nuptias video. MARYLLI. Nūc sciam, an merito libertatem accepisti, si liber non merueris cricum, hoc quid obiecisti, qui in pluribus fecit occisus est. L. VINITII. Nūc in domo nostra matrimonium est, cuius me puderet, etiam si raptus esset, q[uod] miseros putatis iudices esse eos, quibus quidē duo quæ miserrima fuerunt optata sunt, tyranus & raptor, una generi tuo cōmendacio est, quod se aliquando ista puel la putauit indignū. VALLII SYRIA CI. in ea cōditione iudices sumus, ut cōsolari de beamus sororem, quod aut raptata non sit, aut nuper sit, & tamet quid ille meruit? Idiū p[ro] dominū licut innocētissimus seruus. SEPVLCLI BASSI. Nuptias clausa domo fecimus, in contubernium deducta serui domina est, ita iste dexterā sororis mea nisi dā manumisstit nō contingit. POLLONIS ASINII. Inter nuptias fesceninos in cruce generi nostri iocabantur, miserrimum egisse me diem memini, quo in exilium fugimus. Inter hos dies sororis nuptias numero. Miserrima soror fortasse uernularum tuorum no uera es, pater uolo ducere uxorem, dicit quā mihi ex ancillis desponebas. Contra ALBVII SYLLI. Seruauit dominā, si quis tyranus indicasset, solus in cruce pependisset. DIVISIO. LATRO in has questiones dixit. An etiam si non debuit filiam sic collare, damnari tamen ab hoc non possit dementia, licet, inquit, mihi filiam meam cui uelim collocare, isto modo & repudium remisero genero. Accusator, male collocasti filiam, & multi alij, quid tibi uideatur hi, qui abdicant filias suas, auarised: mala cauila est, nec ob hoc damnabor. Tu patrem debes dementem accusare, non sanum regere. Ego istud an sine ratione fecerim, uidebimus, satis est si sana mente feci. Deinde an sic filiam collare debuerit: hoc in hac dixit, an etiam si meruit seruus, non tamen si illi referenda fuerit gratia. Deinde an bene meruerit. De facto serui primum disputauit. Deinde ait, mo factum quale. Non dominā constupravit, augē beneficia, nec dominū occidit, nec adultero dominā uenundedit. Non est beneficium scelere abstinere, & tyranus permisit dominā rapere, nō coegit. Deinde hoc beneficium eius quod laudes seruos, aliquoquin iniurias fecit, si non subducta est iniuria, sed reseruata, tunc tamen solatiū fuisse cum multis pati. Deniq[ue] quod alia in tyranide passa sunt, hæc in libertate, cetera abstinentibus suis, hæc præsentibus. In alijs stuprum vocabatur, in hac matrimonium. In alijs finis expectabatur iniuria, in hac nullus, deniq[ue] illarum stupratores suffici sunt, huius manus. Deinde de animo serui LATRO colorem a parte filij, quare non uitalet seruus, hunc fecit, timuisse illum supplicium, scisse futurum, ut liberata repub. omes poenas qui contaminarent dominas suas darent, & aduentare iam tempus ultimum tyrannidis uidebatur, cum ad summam perducta rabies, qua nūc nisi ex desperatione fit. Itaq[ue] cum uideret, inquit, suffici cruci seruos clamabat, hoc ego futurum sciebam. In ultima oratione LATRO dixit, serui quoque nomine tecum queri possum, quē qui frugi fuerat, ne iu quam fecisti. ALBVII SVS hoc colore usus est, immatura etiam puella, nec adhuc iniuria idonea, & ideo illam non adduximus, quia atatis beneficio tyranidem lentire non poterat. CASTIVS dixit. Ego plane non sum detracfurus seruo suam laudem, habuit bonam mentem sperauit posse fieri, ut si virginem seruas et nuptiis dominā matumitteretur. VARIUS GEMINVS ait, fortassis amicam habebat, hac delectatus, nam qui dan virginum concubitum refugunt, fortasse scit illam nō esse passuram, & illud quod nequam quoque seruus interdum frugi facit, malam fortunam timuit, & hanc sententiam Bb 3 quæ ualde

M. Caro filii
coloni sui du-
xit uxorem.

Inuidia sicuti
nō inuenire
tyranni Ma-
tus tormentū

qua ualde circulata est adiecit. An etiam furcifer auderet cum domina concubere, nisi illi pater permisisset, & illud dixit. Ad hoc pater ab exilio redibas, ut exilium ergo quid fugimus. B V TEO uoluit uideri re uera mente lapsum patre, & in narratione hoc dixit, quā mēltus uenit domum ab edicto tyranni, quantū in finu filiæ fleuit, puto illo tempe mentem esse concussam. VARIVS GEMINV S dixit, de abstinentia sic contamina- re dominā suā & trahere in cellam non est auctor, nisi forte hoc modo mauls narrem, iam tunc sperare sororis nuptias cœperat. A parte patris magis defensione opus esse dicebat Latro quam colore. Varius Geminus factum ipsum defendit magnos viros fecisse, ut libertinas uxores ducerent. M. Cato inquit, coloni sui filiam duxit uxorem, sed ingeniuam respondeam, sed Cato, plus interest inter te & Catonem, quā inter libertum & colonum, quā multa bona haberet subiectus, & obsequens maritus, nō petulantiam timerit, non uerbōrū contumelias, non pellicem, non repudiam, filiam meā seniper domi habeo, quam eo magis desydero, quod ab eo diua illa fide inde factum liberti laudauit. Albutius & Phaneus est, dixit nemini natum liberum esse, neminem seruum, hæc postea imposuisse fortunam nomina singulis, deniq; inquit, scis & nos nuper seruos fuisse. Re- tulit Seruui regem, SYLO POMPEIV S hoc colore usus dixit. Exhaustum tyrranni dis iniurias patrimoniu, non habuisse se detom quam daret. ARGENTARIV S. Voluit uideri puella uolente se fecisse, uisa est, inquit, indulgere illi, certe debuit. CAIVS SABINV S hoc colore usus est, ut inquantū posset dignitatem suam destrueret, & humiliatatem confiteret, & ideo, inquit, facilius potuit. Non uitiaui quia nemo in domū nostram oculos dirigebat, & fuerit, inquit, facere cui collocarem, querendis mihi erat gener aliquis libertinus, quid ergo alieno potius liberto, hunc iam noui, scio cui affectus in nos sit, si moriar, cito me meā filiam apud hunc tutorem relîeturum. Et hanc sententiam adiecit, quā ualde excepta est, cum nō contempsí generū qui tyrrannum contempserit. ACTIVS POSTHVMVS hoc colore usus est. Nihil est, inquit, inuidia piculosus, hanc sapientes uiri ueluti petiscerant uitandam esse præcipiunt, hanc ita uincens inuidiam eram, hic nunc nobis obijicit fortuna liberorum nostrorum, oderant filiam meā feminæ, me patres, quasi publici mali segregem exprobatoremo, quo uno modo honeste potui feci, filiam meam cateris similem, fortuna mea publicæ partis detracta omnis inuidia est, filiam nō habeo honesteiorum quā uos, seruum frugaliorem habui quam uos. HISPO ROMANVS dixerat. Maritum autē ego istum uocem, raptorem serotinum, verbum hoc quasi amputanti, quod non erat usurpatum, quibusdam displicebat, eiusdē verbi explicatione, ut extra reprehensionem esset, uisu est. CAIVS SABINV S cum diceret nondum esse consumatam adulterii seruos publicam uindictam, etiam nunc in domo nostra residuus raptor est. SATVRNINVS FVRIV S qui uolens uel condemnauit, maius nomen in foro quam in declamationibus habuit, solebat tamen tam honeste declamare, ut scires illum huic materiae non minus idoneum esse, fed minus familiarem. Is in hac controversia cum L. Lamia filio declamaret, dixit sententiam.

Ex tabellis emptionis multi-
tentia trahere tentauerūt. ALBV TIV S dixit, profer mihi tabellas, quid hoc est? ge-
nerum sacer mancipio accepit. TRIARIIV S dixit, fugitiū errorem nō esse ita, si malū auctorem habemus, gener noster fugitiū est. BLANDIV S dixit, relegamus auctori-
tatis tabellas furtis noxæ solutas, hæc generi nostri laudatio est. GALLIO dixit, fur-
tis noxæ solutus est. SPARSIV S dixit, ostende tabellas, quid nobis cū isto genero, pri-
or dominus promisit, fugitiū non esse, gratulor uobis posteri, patrem fugitiū non ha-
bebitis. VARIVS GEMINV S dixit, errorem nō esse, ad iūcio, fugitiū non esse, ad iūcio,
furtis noxæ solutū. Tum nunquid de generi tuī nobilitate detraxi? POLLIO ate-
bat ridere se, quod declamatores decreuissent hunc utiq; emptitiū esse. Mirari uos pu-
to quod in hac cōtroversia omnes declamatores mentis sua fuerint, nō fuerunt. NEPOS
MANVLIV S cum hortaret libertum ad repudium sororis dixit. Refer nobis gratia,
& tu sororem meā manumittre. NEPOS LICINIV S illi nō cessit, dixit enim, sub illa
subsellia transire serui, transite liberi, empta cognatio, & tum illum sensum elegantem, &
ab omnibus

ab omnibus factatum corripuit, sed soror opto tibi sterilitatem, adiecit, nec est quod mi-
teris me timere partum tuū, habeo sic nafci tyrranos.

VICESIMA TERTIA CONTROVERSIA.

PRoditionis sit actio. Pater & filius imperium petierunt. Praelatus est patri fili⁹ bellum cōmisit cum hoste, captus est, missi sunt decem legati ad redimendum imperatōrē, euntibus illis occurrit pater cū auro, dixit filiū suum crucifixū esse, & se aurum ad redemptionē tulisse, illi puenerunt ad crucifixum imperatōrē, quibus ille dixit, cauete proditionem, accusat pater proditionis. ALBV TIV SYLI, quid defyderatis ultra? impetratur precium, tristiorē istum uidimus, cū filius imperator enunciatus est, quā cum captus, reddere rationē quemadmodū redieris tutus, senex, solus cum auro, cum etiam imperatores capiunt. Imperator adulescens renunciatus est omni bus latiis prater patrem. CAESTII PII. Plus accepit auri, quā posset abfcōndi, nolite mirari, & imperatōrē, & filium uendiderat, cauete proditionem, iam comites cauius, abstulissent tibi aurum hostes, nisi dedissent. Cum de redemptione ageretur, omnes in curia fuerunt, præter competitorem, indicium fuit morientis breue, filiū uerecundum. BLANDI. Quomodo te dñmiserit, si nihil aliud, & ducem genuisti, & tu esse uoluisti. Si non decreueramus, consilium nostrum expectari debuit, si decreueramus, officium ARELLIT FVSCI P ATRIS. Vnde tam graues paterni sinus, nunquid ossa filij re portant? expectat uidelicet, iudicia uestra reus tanquā nesciat, quid de illo sentiat. Nō tu semel apud hostem fuisisti, sed nos semel legatos missimus. Imperator non audet nominare te tanquā patrem. IVNII GALLIONIS. Fuit adulecens optimus, uerecundissimus, qui patris suo cessisset, si salua pietate potuisset. Iterum uobis inter uos patrem, & filium iudicandū est. Candidatus processit contra patrem, si silentiū eius intelligeres, scilicet, & tunc uobis uerecunde indicauit, habebis apud hostes auctoritatē, apparebat te Reipub. itaſci. Legati nostri aurum ferebant, pater auferebat, dixerat illos sero uenturōs, nonne puenerunt? sero imperatorem nostru conuenierūt. Imperator istum accusat, nos subscribitus, hoc fuit imperatoris nostri testamentū. Obijce, inqt, aliqua anteacta uitia criminā, nō possimus, uerecundū competitorem habuisti, multū facebat, quod possum tibi maius crimen obijcere: filius tibi tuus credi Rempub. noluit. Non est quod dicas, quem misi ad hostes tanquā ipse ire non posset, cur tam cito reuenteris, diutius nos cōtra filium rogasti, quā pro filio hostem, nō immobilis stetisti, non illi quā & ipse affixus haſisti, quid tam cito recedis? etiam nunc uiuit, etiā nunc loquit, recessus interroga si quid uelit mandare, uoce proditionē coarquit, silentio proditorem. Intelligo quanto periculo istum ostendam, quæadmodum enim iste accusationē uindicauit cruce, omnibus argumentis premitur, dabo qui uiderint, dabo qui audierint, dabo aurum, dabo tei stem, & ne quid de dignitate dubitari possit, imperatōrē, de hoc utrum uoleat dicat, ini-
micius est, hunc indicauit. Vtrum tantū hauirerat, ut appareret etiā nunc quarentibus, tantū suspectus erat, ut quēuis quam uos almoneret, proditionē cauisti, optimus adu-
lescens, optimus imperator, qui Reipub. curā agere ne in cruce quidem desist, dignitē te non putauit filius cui diceret, caue proditionē. VARIVS GEMINI. Nolite omnia ex-
pectare ab accusatōre, & occupato & uerecundo, reum intelligite, criminā auditissis, que
ritis anteacta uitia criminā, non habet, nihil unquam tibi filius obijcere uoluit, tam cito
laſſata, præces tua sunt, quid facier miser? Nec imperator potest tacere proditionem,
nec filius loqui pro proditore. PORTII LATRONIS quid abitis? itaq; fam peruenit
uig; ad crucem. Vereor ne tam sero caueamus, quam imperator nosler, qui non ante intellexit proditionem, quam proditus est, nec unquam praesentius periculum fuit. Re-
publica sine imperatore est, proditor sine custode, quid est quare tibi hostes peper-
runt, & imperatoris nostri pater es, aurum habes, & legatus non es. Si tibi dicam,
expecta dum legati mittuntur, filius tibi publice remittetur, dices, paternus affectus
non sustinet moram, rapit me defyderium filij, etiam si redinere uitium non pote-
ro, mortuum redimam. Nunquam tam durus hostis fuit, ut paternis lachrymis non
flecteretur. Ut ignoscam tibi quod tam cito isti obijciam, quod tam cito redisti,

B b 4 dic quid

dic quid dixerit tibi? an nihil cum patre loqui uoluit? Cauete proditionem, hoc dixit, uidete ne quis nocte inscijs custodibus exeat, ne quis Republica ignorantia ad hostem perueniat, ne quis ex hostium castris gratis auro reuertatur, nihil deest indicio. Si quid de proditione queritur, Imperator uobis dicit, si quid de proditore, legati. PARS ALTERA, ARELLII FVSCI. Quantum est precium quo uendo, ut filium pater spectem in cruce, filius patrem de cruce, tanti & imperatorem & parricidium uendidi, gratulabimur omnes repulso magis quam designato, nimis ambitione nunc poenitet, & filium & patriam uendidi, tam exiguum auri accepit, ut unus senex portare posset. In hac contiouersia, etiam si conjecturalis eset, habet quasi certum tritumq; iter, fuit tamen alia qua inter declamatores disensio. LATRO semper contrahebat, & quicquid poterat tu ro relinquere præterebat. Itaq; & questionum numeros minuebat, & locos nunq; atrahebat, illos quoq; quo occupauerat, non diu dicebat, sed ualenter, hoc erat itaq; præceptum eius, quadam declamatores tanquam prætorem facere debere, minuenda sitis causa, quod in hac contiouersia fecit, non enim curauit dicere, nullam esse factam proditionem, sed se proditorem non esse, & suspectus, inquit, iudici est, qui plus quam se defendit, & nolo, inquit, cum filij uoce pugnare, ut imperatorem & filium mentitum dicam, præsertim cum odium aduersorum filium obijciatur patri. ALBVTIVS in duas parteis de clamatione diuulsi, primum negavit illam esse proditionem, deinde ut eset, ad se non pertinere. Colorem contra patrem SYLO POMPEIVS hunc introduxit, odio illum Reipubl. aqua repulsum erat fecisse, & odio ipsius filij quem oderat, & quia competitur, & quia uicerit. VARIVS GEMINV S dicit statim petisse patrem hoc, ppósito im perium, ut proderet hominem auarum & lucro inhantem, & quia noti mores eius erat uinculum ab eo competitor, a qua uinci fas non erat, nisi hominem turpissimum. Ante comitia, inquit, paratus fuerat & pecuniam accipere & filium prodere, post comitia paratus erat pecuniam dare, ut filium proderet, ut captus est dux, aiebamus, inquit, non potest hoc sine proditione fieri, excusatimus nos imperator, diximus perseuerasse ad redemtionem, quam decreuimus pater, hoc loco ille respondit. Cauete proditionem. BLANDVS dixit, agere ferentem pudore repulsa, uoluisse occidi filium, ut in eius locum substitueretur ipse. HISPO ROMANVS. Ultionem, inquit, suam hosti uendidit, tam facile inquit exiit, nocte peruenit ad hosteis, redit, ut scires illum non tunc pri mun fecisse. ARGENTARIVS dixit, per ad senatum mandata filij tu, necesse est tibi multa dixerit, legatis quoq; aliqua mandauit, forteles proditoris nomen patri dixit. Indica nobis, nihil inquit, dixit mihi, sublata omnis quæstio est, querituris quem dixerit, uidete cui nihil dixerit. Pro patre de comitiis hic color LATRONIS fuit, ne quis filium meum uinceret, timui, itaq; professus sum, ut auctoritate mea deterrerem futuros competitores, deinde ipse filio meo celsi. ALBVTIVS hoc colore usus est, aiebat inquit, talem imperatore fieri debere, qualis Scipio fuisset, talem senem, qualis maximus fuit, nem nihil temere facturum, utriusq; populo copiam feci. CAESTIVS hoc colore usus est. Noueram uitia filij mei, sciebam esse acrem adulcentem, forte, sed inconfiderum, temerarium. Itaq; peti imperium Reipubl. causa filij mei, quem idoneum ad tantum suffitendum onus non putabam. FVSCVS ARELLIVS dixit, in hoc se competit, ut hostium animi frangerentur cum audirent post Rempubl. uel in una domo duos eligere. HISPO ROMANVS, simpliciter putauit agendum. Inepti inquit, hi colores sunt, compontantur competitores, hoc itaq; egit colore, ut quereretur, de exitu comitiorum adulcentulos omnes conspirassem, quali de ætatis comparatione ageretur, facile itaq; uinculum senem non ambitientem, de me inquit, queri non potestis, clamauis, non est uobis utilis huius ætatis imperator. Mansit itaq; illi & post comitia eadem contumacia, nihil referebat ad patrem, nihil comunicabat, itaq; captus est, & cum descripsisset quæ imperie dispositus esset aciem, quemadmodum explorator locoru insidijs oppresa, eius temeritas eset, adiecit, hoc erat quod uobis clamabam, ducem senem eligite. OTHO IVNIVS PATER, prælagis quibusdæ & insomnijs hanc fortunam prænuntiantibus agitatur, te compresse dixit, erat autem ex somniatoribus totus, ubiq; illum defecserat color oim narrabat

narrabat de eo, quod inscio senatu egressus est. LATRO sic colorauit, amentem & attonitum protinus procurrile, ALBVTIVS hoc colore usus est. Semp de duce toto constitutum, longum erat expectare, ad summam festinaui, nec occurrit. VARIVS GEMINV S dixit, Maluisse solum ire, hostes enim auctoritate legatorū non mouerit, ad lacrymas patrum sepe flecti. SYLO POMPEIVS ait, Putauit uilius esse, priuata illum per curia redimi, minoris enim posse aestimari, quam si tanquam imperator redimere. ARGENTARIVS ait, nihil tam iniquum erat, quam legatos ad redemtionem mitti, nunquam enim reddidissent, quem sic desiderari publice iudicarent. Itaq; praecurci rogaturus & hoc dicitur. Exercitus contemnit illum, Respu. relinquit. BLANDVS ait, cogitanti mihi quid facerem, contentus ire esse, paternis lacrymis, an comitatu publico præces meas adiuuarem. Tandem uenit in mentem Priamum regem ad redemtionem filij, sine legatis isle & cum auro. SEPVLЛИVS BASSVS ait, non expectas se se curiam, quia putauerit futuros qui redimendum negarent, quod factum apud romanos sepius erat, itaq; ante le uoluisse redimere, quam posset aliiquid de non redimento constitui. CASHTIVS dixit, non quæsiu secretos tramites, & occultum iter, proditor, scilicet eadem uia ueni qua legati. De uoce filij color est. ALBVTIVS hunc fecit, pudebat illum, inquit, quod caput erat, quererebat aliquod fortunæ sua patrociniū, uoluit uideri non culpa sua, sed proditione hoc sibi accidisse, itaq; nomen adiucere non potuit. FVSCVS ARELLIVS dixit, alienatum iam supplicij animum & errantem has uoces effusisse sine argumentis sine reo. VARIVS GEMINV S omnia complexus est, potest, inquit, propter hoc, potest propter illum, ego uobis idem suadeo, cauete proditionem, hoc si cauere uultis, imperatores senes facite. Illud & in hac contiouersia & in omni uitandum aiebat CAESTIVS, quoties aliqua uox poneretur, ne ad illam quasi ad sententiam decurramus, sicut in hac apud Cæstium quidam auditor hoc modo coepit. Ut uerbis ducis uestri scilicet, iudices, incipiā. Cauete proditionem, sic finiuit de clamationem ut diceret, in quibus uitam finit imperator, cauete proditionem. Hoc sententia genus CAESTIVS hoc uocabat, & dicenti discipulo statim exclamabat

ut in illa uaforia in qua deliberat Alexander, an oceanum nauiget, cum exaudita uox esset, quoq; inuictus ab ipsa uoce quidam coepit declamare, & in hac defit. Ait illi Cæstius desinenti.

Et alter cum descriptis Alexandri uictorijs, gentibus perdomitis, nouissime ponerebatur, quoq; inuictus, exclamauit Cæstius, tu autem quoq; O THO PATER, hoc colore usus est pro patre, dixit enim molestem fusile imperatori, quod illum Fuscum legati in tuebantur, itaq; ut ab hoc illos spectaculo urgeret, & ex eo narraret uerecundiam suam, id dixisse, quo auditio festinarent. Itaq; dixisse illum, non caueant proditione, sed caueat quasi ipsis legatis eset periculum ne proderentur.

CONTROVERSIÆ VICESIMA QVARTA.

R apta raptoris aut mortem, aut indotatas nuptias optet. Qui dicebatur raptor negauit se rapuisse, iudicio uictus uult ducere, illa optionem petit. ALBVTII SYLII. Per quam in omni discrimine periculosa libertas est, meruit puella ut taceremus, misericors in nos etiam antequam rogaremus fuit, inhumana libertas est. Si uincimus aduersus iudices, non oportet tibi amplius quam semel optare, omnis nimia potentia saluberrime in breuitate constringeretur, qui potest condemnare, possit semel, qui potest occidere, possit semel, aut si qua iteratio recipi potest, in penitentiam mortis recipienda est, proponite uobis iam supplicij cauam, faciam carnificem, sicuti tamen hoc semel licet, meum est, exorata sum, conde gladium, irata sum, repeate optionem, & non semel, mori satius est, occide iam non uiciatorem, sed uitium. PORTII LATRONIS. Periculosis est negare raptum quam commisisse, in hanc perturbationem adolescentes perductus erat, ut ignoraret, quid fecisset, non refugiebat tamen puellæ nuptias, fauebat tantum sibi, ut innocens duceret, itaq; nihil aliud petit quam libertatem, ut honestius duceret. Ira apud uos iudices, tutius est peccare quam erubescere, dignior poena erat, si id peccasset, quod meminisse posset.

Exurge

Exurge adulescens & sine ullo respectu pudoris ad pedes te puellæ dimitte, accedit & uos amici propinquig, & tu mater & pater, quid te horum lachryma monent? Non inquit, ad illum magistratum, non dissimulo, metuo te puella, si nulquam rogari uis, nisi ubi occidere potes, grauius punior nunc, cum me peccasse pudet, quam cum peccauis, quæ post iniuriam ignoscit, perdit misericordiam. CAESTII PII. Venit ad uos uestro beneficio retenturus puellæ beneficium, optauit nuptias neq; adhuc sciebat, quam uer eundem maritum esset habitura, uitiatorem dimisisti, uirum occides, aiebat iudex, quid habes, quod tam ptinaciter neges? nuptias optat, min' est ergo quod uitiauit, quā quod negauit. Q. HATTERII. Nō sum, inquit, optatura mortem, sed uolo mihi licere & morte optare, quā potestas ista delecta crudelis est. BLANDI, ergo nos iniuriam piculosis nauigamus quam fecimus. IVNII. GALLIONIS quadam nocte quid dicam? iam negare non audeo, non diligenter causa mea acta est, dum nihil timetis, facilius me puella credidistis, confitendum est uitium nostrum, non nuptijs fecimus moram, siue adhuc esset uitata siue non esset, uisa est indigna matrimonio, quæ hominem non posset occidere, tibi consulebam, ne dicereris uitiatori nuptia, si per te licuisset, honestiore maritum habuisse, tu negasti. O hominem impudenter, ita tuno ante ingratius tribunal in conspectu populi, in medio foro clamitasti, ego virginem rapui, neminem habere tam obfquentem maritum potes, hic iam nihil negauit. VARII GEMINI. exponam uobis rerum ordinem sic, tanq; ab eo didicerimus, quid fecerit, nescit. VIBII GALLI. Vbi estis qui dicebatis, nihil interest tua, cōfiterē, cōfiterē, quia honestus putasti raptori rubere. Sit, inquit, mihi hæres, si quis intra dece menses natus fuerit, nunquā negat. Surge adulescens, dic rapui, uitiaui, incipe scire quod nescis, miraris si tibi nō credit? multū est de quo timet. PAR. AL TER A.P. ASPRENA TIS. Nescio utro iudicio aduersarius fuerit improbior, priore id egit, ne quam om̄u no poenam stupri penderet, hoc id agit, ut ipse optet ex duabus alia lege constitutis supplicijs, utrum uelit pendere, fatetur enim impune se habere maluisse, quam ducere uxorem, uxorem ducere malle quam mori, antea legem uitiationis euertere conatus est, nun transference uult, aduocatos rogat iudices, rogat omnes potius quā uitiatam, uitiam non hic illum liberaret metus, quod iudicis sua clementiam nobis clamabat se innocenter, etiam si quid puraslet mori non recusat. Aderat raptori populus, nec quisquā magis suspectam faciebat uitata causam, quam lenitas optionis. Si tibi iam de stupro tuo liquet, est quādā prima innocentia uercundia, præbere se legibus, tu uero meruisti qui dem mortem, illa inficationem, ignorasti an peccasses, innocens es si uoluisti, causam habes, reuertere ad partes puella, quandoquidem toties iam rogas, quæ rogari ipsa debueras. LATRO tres fecit quæstiones, an illa interrogatio iusta fuerit, non sunt, inquit, non enim constabit te raptorem esse, nihil res, inquit, an negauerit, erat enim raptor etiam si negabat, & ita iusta fuit optio, an si iniusta optio fuit reuocari possit, optio inquit, semel puellæ datur, immutabilis est, semel emissa est. Iudex quam tulit de reo tabellam reuocare non potest, quæsitor non mutauit pronunciationem suam. Nihil tam ciuile tam utile est, quā breuem potestatem esse, qua magna est, si uolet & alteram suam opinionem retinocare, & deinde tertiam. Nunquam constabit quid futurum sit, cum illa quod optauerit, possit sequenti semper ratione refindere. Tertiaria fecit quæstionem, an si possit aliquando reuocari optio, nunc debeat. Hac defensio adulescentis qui negauit le uitias. FVSCVS & ordinem mutauit quæstionum, & numerum auxit, fecit enim primam quæstionem, an raptæ non possit amplius optare quam semel, potest inquit, lex enim non adiecit quoties optet, sed ex quibus aut hoc, inquit, aut illud, nō adjicit, nec amplius quam semel. Contra ait, lex iubet te alterutrum optare. Tu hodie si mortem optaris, facies quod nunquam futurum est, utrumq; optaueris, etiam si non licet, inquit, amplius quā semel & mortem optabis & nuptias, ego nondum optau, optio est quæ legitime sit, illa non est facta legitimate, si prætor detuisset, nunquid optionem uocaret? Si raptæ defuisset, raptæ non fuit, non est ista optio, sermo est, an proximo iudicio confirmata sit optio, raptæ ait, agebatur apud iudices, utrum deberet raptæ esse optio, non iudicata est raptam esse debere, raptæ sit, non inquit puella, quæsum est enim an ego in raptorem

in raptorem ius haberem, iudicatum est habere me, uti deboeo. Non possum ante legem habere quem raptorem. Nouissimam quæstionem fecit aquitatis, an raptæ debeat esse optio. PASSIENS hanc ultimam partem sic diuidebat, an si adulescens malo aduersus puellam animo inficiatus est raptam, ut nuptias effugeret, dignus sit ut iterum fortunam subeat optionis recusata, deinde an malo animo fecerit. VARIVS GEMINVS ultima quæstionem uel parti, inquit, quid debeat fieri, queritur. Duo haec adiiciebat quæ per se queri putabant, an si puella pro certo adulescentis mortem optatura est, nō debeat illi permitti optio tam crudeliter usura sua potestate. Deinde an mortem optatura sit, quid est, inquit, quare uelis optare nisi quod nuptias non uis? hoc non tantum patiuntur sed rogamus. Color pro adulescente introductus est, a Latrone talis, ut diceret, se ebrium fuisse, & ignorare quod fecerit, hoc die magis credere de facto suo quā scire, recusasse autem nonne duceret uxorum, sed ut sua uoluntate duceret, & iudices nō audisse sollicitos, faciles fuisse quasi de nuptijs ageretur. VARIVS GEMINVS raptam confessus est, & dixit. Nihil tam contrarium esse adulescenti, quam etiam nunc negare, ne non tantum raptam, sed etiam iudicem offendat. CAESTIVS nec Latronem fecutus est dicentem, nescire se hodie necire, nec Varium Geminiū confitente, se nō rapuisse apertius negavit. VTRUM, inquit, inuenire nō poterat iudices, tertia sententia secutus est. Si rapuit indignum est puellam inuitam raptam esse, si non rapuit, nonne indignum est fieri, illum maritum? SYLO POMPĒIVS dixit, adulescentem uercundum natura & rusticu pudoris non sustinuisse confessione. Non placebat Latroni color. MITIUS, inquit, ignoscet illi si scit se rapuisse, & sciens mentitus est. Contradicebat Sylo, posse illi fidere fieri aliquem nescire an rapuerit. HISPANVS CORNELIVS. Non subducere illi inquit, maritum uolui, sed honestiore dare. Digna est, inquit, tam misericors puella qua non uideatur nupsisse raptori. HISPO ROMANVS ait, illos sodales qui illos impulerant circumstetisse & dixisse. Nō est haec quam rapuisti, alia mitti timuit, ne illi qui eam rapuerat faceret iniuriam. ARGENTARIUS dixit, uellem mortem optasses, nō eset hic raptori iudicatus. Non cauila tua illum premis, sed optio, dum uniusquisque iudex dicit, quid habet quod tantopere reculerit? putat de capite agi, & ipse ait, se non uelle ducere uxorem, sed titulum reculare. Nempe uictus ducet uxorem. Non est solicite de eo iudicandum, cui damnato gratulandum. SYLO, hoc colore uetus est. Confusum adulescentem subito, & tanto tumultu parum sibi constitisse, & negasse, quia perturbatus erat, per se uerasse quia negaverat

Libri quarti Controversiarum finis.

LVCII ANNEI SENECAE CONTROVERSIARVM

HAM uidebar promissum meum implesse. Circumspiciebam tamen num quid me præteriret. Vlto Votieni Montani mentionē intulisti, & uelim uos subinde aliqua nomina mihi offerre, quibus aduocetur memoria, & quæ, quando senilis marces per se admonita, & aliquando lacessita, facile se cogitet. MONTANVS VOTIENVS adeo nunquam ostentationis declamauit cauila, ut ne exercitatus quidem declamauerit, Rationem quarenti mihi ait, Vtram uis honestam an ueram. Si honestam, ne male assuecam, qui declamationem parat, scriptis non ut uincat sed ut placeat. Omnia itaq; lenocinia ita conquerit, argumentationes quia moleste sunt, & minimum habent floris relinquunt, sententij explicacioni busq; audienteis delinire contentus est. Cupit enim se approbari non cauila. Sequitur autem hucusq; inferiorum declamatores uitium, ut necessaria deferant, dum speciola se etan. Accedit etiā illud quod aduersarios tuis fatuos singat, respondeat illis & quæ uolunt & cū uolunt. Præterea nihil est quod errorē aliquo dano castiget, stulticia eoru grauita est, uix itaq; in foro futuris piculosis stupor discuti potest, q; crevit dū tutus est. Quid plauditionib; crebris sustinenit, & memoria illorū assuevit certis interuallis quiescere.

Cum

Cum uentum est in forum, & defūt illos ad om̄ē gelsum plausus deficeret, aut defūt, aut labant, adīce nunc quod ab alijs nullius interuentu excutitur. Nemo ridet, nemo ex industria alloquitur, familiares sunt omnium uultus in foro, nihil aliud, ipsū illos forum turbat, hoc quod uulgo narratur an uerum sit, tu melius potes scire. Declamatoria virtutis LATRONEM PORTIVM unicū exemplū, cū pro reo in hispania rusticō Portio, pīnquo suo diceret, uel eo esse confusum ut a solēcismo inciperet negantem potuisse confirmari, ac parientem defyderanter qua impetravit ut iudicium ex foro in basilicā transferretur, uel eo ingenia in scholasticis exercitationibus delicata eutriuntur, ut clamorem, silentium, rīsum, cōlum deniq̄ pati nesciant. Non est autem utilis exercitatio, nisi qua operi simillima est illi quod exerceat, itaq̄ durior solet esse. At uero certamen gladiatores grauioribus armis dīscunt quam pugnant, diutius illos magister armatos quā aduerfarī sustinet. Luctantes binos simul ac tērno fatigant, ut fatus singulis resistant. Cursores quod intra exiguum spaciū de uelocitate eorum iudicetur, id sepe in exercitatione decurrūt, quod semel decursūt sunt in certamine. Multiplicat ex industria labor que condiscimus, ut leuetur, quod cernimus in scholasticis declamationibus, contra uenit, omnino molliora & solutiora sunt, in foro partem accipiunt, in schola eligunt, illiū iudicii blandiūt, hic inleruunt, illiū inter fremitum confonāris turbæ intendendus animus est, uox ad aures inde perferenda, ex uultu dicentis pentent omnium uultus. Itaq̄ uelut ex umbroso & obscurō prodeuntis loco claræ lucis fulgor obcaecat, sic istos a scholis in forum transtētis, omnia tanquā nouā & inuisitata perturbant. Nec ante in oratore corrobortantur, quā mulis perdomiti contumelias puerilem animū scholasticis delitij languidum uero labore durarunt. LEPIDVS, uit egregius & qui declamatorio non studio.

Controversia Vicesimaquinta.

Adulterum cum adultera qui reprehenderit, dum utrumq; corpus interficiat, sine fraude fit. Ingrati sit actio, Milciades peculatus damnatus in carcere alligatus defecit. Tymon filius eius ut eum sepeliret uicarius se pro corpore patris dedit. Callias sordide diues natus redemit eum a Repub. & pecuniam soluit, filiam ei suam collocauit, quam ille reprehensam in adulterio deprecātē patre occidit. Ingrati reus est. AL BVTII SYLII. Non me mouet periculum meum, semper nos in malis nostris non fortunā, sed causam speciālū. Non dubito quin Callias redempturus Milciadem si tam hahuisset filiam nobilem. MVS A E, aliud alius pati nō potest, mihi adulterium carcer est. ARELLII FVSCI PATRIS. Nihil inquit filia plus possum dare quam Tymonem uirum, quando mihi contingēt ex eo nepotes, serum ex lege mihi traditum, an ad uindictam pudicitiae projiciamus. Perdidisti pecunia Callias, si tales soluisti manus, damnatus peculatus nihil aliud habendū suo relinquit se patrem. CAESII PII. Non potest generosus animus contumeliam pati. Merito tu ex Tymone nepotes habere cōcupiſti, quid magis in me probabis quā carcere, nō sum innocentior quam pater, nec liceor, qua liceor quidem. Hoc unum interest inter parentes & filii fortunā, quod illius calamitatum exitus fuit carcer, mearū initium. Exponam uobis quantū in neminem meorū ingratis sim. Vnius Milciadis census inuētus est Tymon filius, nec hic quidem quicquā habuit, quod dare pro patre præter seipsum posset. In Cynegryi domo sperare nuptias poteram, in Callimachi nec uerebar, ne Cynegryus pluris suas æstimaret manus. Redemptus Tymon redemptoris felicitas est. VOTIE NI MONTANI, faciā dicat, non accepi beneficium, alter reddidit, certus reddam cū tam honeste defyderaris quam dedisti. Ego adulteros dimittam, quid aliud facerem, si alligatas haberem manus, egit me attronit dolor. Non mehercule sic exorasset Milciades pater, nihil Calliae debeo nisi libertūtē, est uir egregius Callias, est misericors. Sed utrum tantum aduersus bonos maiorum iniuria est. Si hunc matutus Tymonis alligantur, quantum fuit beneficium quod tune soluta fuit? Non est, iniquiore animo filiani amisi quā ego uxorem, sed æquiore animo impudicam pati uoluit. Vis diuitias tuas absconde, cum in eos inciderint qui mendicātē censem̄t. Nihil habet domus nostra melius quod ostendat quam paupertatem. Da pecuniam Milciadi, qua damnationem luat, non cens erit,

Omn̄es cōtex
tus hic habet
Timon &
Callias, cum
supra fo. 457
Cimō & Ga
rias legat, ubi
id argumen
tū tractatur.

CONTROVER SIRVM.

nōcēs erit, da Tymoni qua patrē redimat, pīus non erit. VIBII GALLI. Nullib⁹ mihi felicior uideor q̄ quod Milciadis precū fui, alligatus facebat persicā potentia uindex, libertatis publica assertor, facebat crimen ingratā ciuitatis. Adulteram dimittam patrē, adulterā cui non tam gloriā, quod filius sum Milciadis, q̄ p̄ uicarius, quid tu poena pītas, pro Milciade alligari, si adulterum solum dimitterem, exulandum est, quid faciam? occidam, plusq; præstitisti exigis, pro carcere exiliū, non occidam, plusq; præstitisti exigis. Vnum beneficium dedisti, duo petis. Vterq; magnum beneficium dedisti, Tantū datis recipisti, Tymon quod Milciadem redemit, tu quod Tymonem. Videbat mihi omnis maiorum meorum circa me turba fremere dicentium, Vbi sunt ille manus qua soluere Milciadem? Non mihi occurrit indulgentia uxoris, non Callias socer, nō ullus, aut rei, aut beneficīa memoria, feci quod soleo, nihil aliud aspexi q̄ patrem. MENTONIS. cogita adulteros esse pro quibus rogas, cogita qualium misereri soleas. Turpe est ab eodem mitti & adulteros & Tymonem. Ego sum qui referre gratiam ne mortuis quidem defino. Ita mihi uero habere liberos contingat, quod quantum esset Milciades expertus est, POR TII Latronis. Ego adulteros dimitta, ardet cupiditate uindictā animus. Has manus continere non posset Milciades, quas alligare non potuit. Si in hoc solitus sum, redde me carceri, ille Gracīa seruator & Persarum uindex orītēs dominor, cuī modo tā insigni triumphū fortuna de hoste detulerat damnatus est peculatus, ob hoc uidelicet ipsum, ut innocentia ei⁹, qua alioquin latere potuerat, ipsa damnatio ostenderetur, damnatus est innocens, quis in ciuitate misericors est? nōcēs occasio miseri cordiæ uenit. Milciades redimendus est. Redemi corpus tuum Milciade, ne funeris qui dem interfuturus, in quod meis pīsum impenderam. Misereor accusatoris mei, non quia perdidit filiam, sed quia habuit. Dignus erat Callias habere tales quales redemit, quod si me in hac stuprorum patientiam redemisti, matrimonio carcere prefero. Honesti us patri alligor, q̄ adulterio soluor. Ut audiūt esse qui pecunia numeraret, miratus sum fulle in ciuitate nostra quēq; Tymonē redimere q̄ Milciadē maluisset. Ego ne patrē quidem meum nisi innocentia fuisset redemissem. BLANDI. Obīsciat licet uincula nunquā tamen efficiat, ut non magis carcere gloriā matrimonio, diuersi sunt omnium affectus. Tu fortasse Callias uincula ferre non potes, ego adulterum uxorem. Effugient ergo adulteri tanq; alligatas Tymonis manus. ARGENTARI. Redemptum me protinus appellare ceperit de filiæ nuptijs. Statim inquā Callias experis an gratis sim, q̄ qd' p̄ Milciade alligatus filia tua abstulit tibi generum Tymonem, ductus est pater meus in carcere etiā nunc captiuus suis plenum. IVNII GALLIONIS. Beneficū, inquit, tibi dedi quod filium tibi collocaui, nunc uero Milciade grauioren fortunam carcere sustineo Callias tecum comunicare dignatus est. Ego me redemptum putabā, filia istius emptus sum. Steterunt ante oculos meos maiorum imagines, emīslq; fede sua Milciades maiestate imperatoria refūlit, & iterum meas inuocauit manus. IVNII BASSII. Callias filiam uxorem duxi. Hanc tibi pater inuiriā feci dum ingratūtē esse nolo, placeas tibi li. cet & istas iactes diuitias. Tantidem tamen redemi patrem, quātū te redemptus sum. DIVISIO. LATRO in has quæstiones diuisit, at non quisquis gratiam non retulit cū possit, ingratī teneat. Multa, inquit, interueniunt propter quā nō debeam facere etiā si possem, si non tenerit quisquis non retulit gratiam cum posset, an hic teneatur, hoc in hæc diuisit, an pos sit ob id damnari quod lege fecit, deinde an facere debuerit. Nouissime an si affectu & indignatione ablatus non fuit, in sua potestate ignoscēdum illi sit, hoc nō tanq; quæstionem, sed ut illi mos erat pro trahitione aut loco. MONTANVS. Votienus quæstionem hanc adiecit, an gratiam retulerit Tymon Callias. Tuli, inquit, filiam tuam uxorem, filia tua Milciadis nūrus facta est, nō putas beneficium, habere comunes cum Milciade nepotes. GALLIO illam quæstionem mouit, sed diligēter executus est quae solet esse ingratī, in controversijs prima, an beneficium acceperit. Non erat, inquit, mihi poena in carcere esse, mea uolūtate illo peruereram, ita putas libertius in cubiculo facuisse. Nulli tamen erat locus Athenis honestior, q̄ qui Milciadem habuerat. Deinde & illam subiunxit quæstionem, an teneatur is qui beneficium acceperit quod non posuit, non rogaui, inquit, te, dedisti istud iactationē tua, putasti ad gloriam tuam pertineat.

Cc re, ita

re, ita tu non acceperis beneficiū, si sibi soluere Milciādem contigisset. SYLO POMPEIVS a parte Calliae duo beneficia dixit dedit, quod redemisset, & quod egenti filiam collocasset, hoc quod secundum posuit, nemo aliis pro beneficio imputauit, in quo adeo non est dubium an beneficium non dederit, ut dubium sit an repperit. BRUTVS Brutidius illis illas præterea quæstiones fecit, an si sua causa fecit hoc Callias, ut redimeret Tymonem, an sit beneficium, beneficium enim est, inquit, quod totum eius causa præstat in quem confertur. Vbi alius ex eo aut sperat quid aut preparat, non est beneficium, sed consilium, & diu executus est, & argumentis & exemplis. Deinde an sua causa fecerit Callias. Voluisti inquit opinionem lordinum illustri facti effugere, petisti ex hoc aeternam memoriam. Nō magis poterat ignotum esse, a quo Tymon solutus esset, quam pro quo allegatus. Voluisti habere generum nobilem pium, HISPO Romanus duram quæstionem fecit, an retulerit gratiam hoc ipso quod occidit. Liberaui inquit, te dedecore summo, invito tibi beneficium dedi, non est quod miseris. Nam & me tamen non rogantem redemisti, hoc loco commemorauit illos patres, qui filias uitatas occiderunt, qui inlauerunt. Color & GALLIONI ET LATRONI ET MONTANO placuit, ut nihil in Calliam diceretur contumelioso & redemptorem & socerū & infelicem. CAESTIVS Simulta in auram & in fœneratorem, & mensularium & leno nem dixit, dum uult illud probare, reddidisse se beneficium, quod talem socerum habere sustinuerit. LATRO dixit, filiam tuam dimittam, quid adultero faciam? pro una rogas, duos eripis. Hanc HYBREAS alitex dixit sententiam.

Haec tota diuersa sententia est a priore etiam, si ex eadem est, petita materia. Illa nō est similis, sed eadem quam dixit prior. AD DEVVS rhetor ex Asi anis non projecti nominis, deinde ARELLIVS FVSCVS

Lic putauit ARELLIVS Fuscus, Non dices me Callia ingratum, unde redemeris cogita, memini. Deinde Fuscum cum haec a discipulis sententia ei obijceretur, non inficiari, transtulisse se eam in latum, & aiebat non commendationis le id aut furti, sed exercitationis causa facere. Do, inquit, operam ut cū optimis sententijs certem, nec illas corrumperem conor, sed uincere. Tum deinde retulit quandam Thucydidis sententiam,

Iste legūt in decla. fo. 487 sed uirumq; mutulata.

deinde Salustianam. Res secundæ mira sunt uitij obtentui, cum sit præcipua in Thucydide uirtus breuitatis, hac cum Salustius uicit & in suis illum calistris cecidit. Nam in sententia græca tam breui habes, que saluo sensu detrahias, deme uel uel deme constabit sensus etiam si

non æque comptus, æque tamen integer. At ex Salustij sententia nihil demi sine detrimentis sensus potest. T, autem Luius tam iniquus Salustio fuit ut hanc ipsam sententia & tanquam translatam, & tanquam corruptam dum transfertur obijceret Salustio. Nec hoc amare Thucydide fecit, ut illum præferat, laudat quem non timet, & facilius putat posse a se Salustiu uinci, si ante a Thucydide uincitur. CAESTIVS colorem hunc p Callia habuit, obiecit ultro Tymoni, quod passus est uxorem suam adulterā fieri, quod non custodisset, quod expectasset dum superueniret pater, ut spectator calamitatis sua fieret. Iam, inquit, etiam si dimiseris ingratus es, ego non expectaueram dum rogarer. HISPO ROMANVS hunc colorem fecutus est, dixit adulescentem tumidum, & nobilitatis sua cogitatione insolentem, inuila habuisse beneficia sua, moleste ferentem locorum suum dici Calliam. Item omnem operam dedisse, ut mores puellæ in uitia non tantum labi pateretur, sed ipse impelleret, ut haberet iustum dimittendi causam, nec eam occasionem non intermissee, sed expectasset etiam dum superueniret pater, hoc se cogitasse, expectat me, uult mecum pares rationes facere, fecisset si non offendisset patriad, uiteram filiam. GORGONIVS in hac controversia fœdo genere cacoelaria usus dixit, istud publicum adulterium est, sub Milciadis tropheis concubere. D'ORION cū de scripsisset gloria sibi fusse carcerem, nunquam se non illam fortunam ostentasse dixit.

MAIESTATIS LAESAE FIT ACTIO.

